

sunt cæli, et tua est terra: orbem terrarum, et plenitudinem ejus tu fundasti: justitia et judicium præparatio sedis tuæ.

SECRETA - Oblata, Dóminus, múnera, nova Unigéniti tui nativitate sanctifica: nosque a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per eúndem Dóminum nostrum.

*Preface a Communicantes vánoční.*

COMMUNIO (Ps. 97, 3) Vidérunt omnes fines terræ salutáre Dei nostri.

POSTCOMMUNIO - Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut natus hódie Salvátor mundi, sicut divinæ nobis generatiónis est auctor, ita et immortalitatis sit ipse largitor. Qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus.

Tvá jsou nebesa a tvá jest země, okrsek zemský a náplň jeho ty jsi založil; spravedlnost a právo jsou základem tvého trůnu.

TICHÁ MODLITBA - Obětované dary, Hospodine, znovuzrozením Jednorozeného svého posvěť; nás pak od poskvrn hříchů našich očisť. Skrze téhož Pána našeho.

K PŘIJÍMÁNÍ (Žalm 97, 3) Všechny končiny země viděly spásu Boha našeho.

PO PŘIJÍMÁNÍ - Uděl, prosíme, všemohoucí Bože, aby narozený dnes Spasitel světa, jako jest nám božského zrození původcem, tak byl i nesmrtelností dárce. Jenž s tebou žije a kraluje v jednotě Duchu Svatého Bůh.

## Hod Boží vánoční - Třetí Mše svatá - jitřní

Ve třetí Mši sv. se slaví odvěké narození Syna z Otce. Syn Panny Marie jest zároveň Synem Božím; jest Světlem ze Světla, Bohem z Boha, andělem úradku Nejsvětější Trojice, jež se rozhodla zachrániti kleslé lidstvo.

Epístola: Dnešní Epístola a Evangelium nás povznášejí až k největšímu Světlu, které totéž dítko, jež bezmocně leží v jeslích, nazývá svým Synem.

INTROITUS (Is. 9, 6) Puer natus est nobis, et filius datus est nobis: cujus impérium su-per húmerum ejus: et vocábi-tur nomen ejus magni consilii Angelus. (Ps. 97, 1) Cantáte Dómino cánticum novum: quia mirabilia fecit. V. Glória Patri, et Filio.

ORATIO - Concéde, quæsumus, omnipotens Deus: ut nos Unigéniti tui nova per carnem nativitas líberet; quos sub peccati jugo vetústa sérvitus tenet. Per eúndem Dóminum nostrum.

LÉCTIO Epístolæ b. Pauli Apóstoli ad Hebræos (1, 1-12).

Multifáriam, multisque modis olim Deus loquens pátribus in Prophétis: novissime díebus istis locútus est nobis in Filio, quem constituit herédem universórum, per quem fecit et sæcula: qui cum sit splendor glóriæ, et figúra substantiæ ejus, portánsque ómnia verbo virtútis suæ, purgatióne peccatorum fáciens, sedet ad dexteram majestátis in excélsis: tanto mélior Angelis efféctus, quanto différentius præ illis nomen hereditávit. Cui enim dixit

VSTUP (Isaiáš 9, 6) Děťátko narodilo se nám a Syn dán jest nám, jehož knížetství spočívá na rameni jeho; a slouti bude jeho jméno Anděl veliké rady. (Ž. 97, 1) Pějte Hospodinu píseň novou, neboť zázračně učinil věci. V. Sláva Otci i Synu.

MODLITBA - Popřej, prosíme, všemohoucí Bože, aby tělesné znovuzrození Jednorozeného tvého vysvobodilo nás, jež staré otroctví pode jhem hříchu drží. Skrze téhož Pána našeho.

ČTENÍ z listu sv. Pavla Apoštola k Židům (1, 1 až 12).

Mnohokrát a mnoha způsoby mluvil kdysi Bůh k otcům skrze Proroky, nejposléze v těchto dnech mluvil k nám skrze Syna svého, kterého ustanovil dědicem všech věcí, skrze něž i svět učinil; kterýžto jsa leskem slávy i výrazem podstaty jeho a udržuje všecko mocným slovem svým, zasedl na pravici velebnosti na výsostech, když byl vykonal očistu od hříchů. O to více vynikl nad Anděly, oč znamenitější jméno zdědil než

aliquándo Angelórum: Fílius meus es tu, ego hódie génuí te? Et rursum: Ego ero illi in patrem, et ipse erit mihi in fílium? Et cum iterum introducít primogénitum in orbem terræ, dicit: Et adóret eum omnes Angeli Dei. Et ad Angelos quidem dicit: Qui facit Angelos suos spíritus, et minístrus suos flammam ignis, Ad Fílium autem: Thronus tuus, Deus, in sæculum sæculi: virga æquitátis, virga regni tui. Dilexísti justítiam, et odísti iniquitátem: própterea unxit te Deus, Deus tuus, óleo exsultatiónis præ participibus tuis. Et: Tu in princípío, Dómine, terram fundásti: et ópera mánuum tuárum sunt cæli. Ipsi períbunt, tu autem permanébis: et omnes ut vestiméntum veteráscent: et velut amíctum mutábis eos, et mutabúntur: tu autem idem ipse es, et anni tui non deficiunt.

GRADUALE (97) Vidérunt omnes fines terræ salutáre Dei nostri: jubilate Deo, omnis terra. V. Notum fecit Dóminus salutáre suum: ante conspéctum géntium revelávit justítiam suam.

Allelúja, allelúja. V. Dies sanctificátus illúxit nobis: veníte, gentes, et adoráte Dóminum: quia hódie descendit lux magna super terram. Allelúja.

oni. Neboť kterému z Andělů řekl kdy Bůh: Syn můj jsi ty, já dnes zplodil jsem tebe? A opět: Já mu budu otcem, a on mi bude synem? A když opět uvede prvorozence na svět, řekne: Klanějte se mu všickni Andělé Boží. Též k Andělům praví: Jenž činí Anděly své větry a služebníky své ohnivým plamenem. K Synu však: Trůn tvůj, ó Bože, trvá na věky věků; žezlem práva jest žezlo království tvého; miluješ spravedlnost a nenávidíš nepravosti; proto pomaže tě, Bože, Bůh tvůj olejem radosti nad účastníky tvé. A opět: Ty jsi, Hospodine, na počátku založil zemi, a dílem rukou tvých jsou nebesa; ona zahynou, ty však zůstaneš; a všechna zvetšejí jako roucho, i změníš je jako oděv a změněna budou. Ty však jsi stále tentýž, a léta tvá nepřestanou.

STUPŇOVÝ ZPĚV (Ž. 97, 3 a 2) Viděly všechny končiny země spásu Boha našeho. Plesajte Bohu všesky kraje. V. Ohlásil Hospodin spásu svou; před zraky národů zjevil spravedlnost svou.

Aleluja, aleluja. V. Den posvěcený nám zasvitl; pojděte, národové, a klanějte se Hospodinu, neboť dnes sestoupilo světlo veliké na zemi. Aleluja.

EVANGELIUM † Inítium s. Evangelii secúndum Joánnem (c. 1, 1-14).

In princípío erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in princípío apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil, quod factum est: in ipso vita erat, et vita erat lux hóminum: et lux in ténebris lucet, et ténebræ eam non comprehendérunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joánnes. Hic venit in testimónium, ut testimónium perhibéret de lúmine, ut omnes créderent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimónium perhibéret de lúmine. Erat lux vera, quæ illúminat omnem hóminem veniéntem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognóvit. In própria venit, et sui eum non recepérunt. Quotquot autem recepérunt eum, dedit eis potestátem fílios Dei fieri, his, qui credunt in nómine ejus: qui non ex sanguínibus, neque ex voluntáte carnis, neque ex voluntáte viri, sed ex Deo nati sunt. (*Hic genuflectitur.*) Et Verbum caro factum est, et habitávit in nobis: et vídimus glóriam ejus, glóriam quasi Unigéniti a Patre, plenum grátiae et veritátis.

OFFERTORIUM (*Psalms 88*) Tui

EVANGELIUM † Počátek sv. Evangelia podle Jana (1, 1-14). Na počátku bylo Slovo a Slovo bylo u Boha a Slovo bylo Bůh. To bylo na počátku u Boha. Všecky věci povstaly skrze ně, a bez něho nepovstalo nic z toho, co povstalo. V něm byl život, a ten Život byl světlem lidí. Světlo ve tmě svítí a tma je nepojala. Byl člověk, poslán byv od Boha, jehož jméno bylo Jan. Ten přišel na svědectví, aby vydal svědectví o Světle, by všickni uvěřili skrze něho. On nebyl světlem, nýbrž přišel, aby svědectví vydal o Světle. Bylo Světlo pravé, které osvícuje každého člověka přicházejícího na tento svět. Na světě byl, a svět povstal skrze něj, ale svět ho nepoznal. Do vlastního přišel, ale jeho vlastní ho nepřijali. Kdožkoli však jej přijali, dal jim moc státi se dítkami Božími, těm totiž, kteří věří ve jméno jeho, kteří se zrodili nikoli z krve ani z vůle těla, ani z vůle muže, nýbrž z Boha. (*Zde se pokleká.*) A Slovo tělem učiněno jest a přebývalo mezi námi; a jidelí jsme slávu jeho, slávu jako Jednorozného od Otce, plného milosti a pravdy.

OBĚTOVÁNÍ (*Žalm 88, 12 a 15*)